

- p. 45. n. 22. Aloyf. Ricc. in tract. decis. implora. brach. secul. decis. 312. sub. n. 1. vers. amplia rursus, à fortiori, & cum nullo scandalo, poterit iudex ecclesiasticus resisti, & impediri à potestate Regia (cū ex necessitate officii hoc incumbit) ne pendente appellatione legitima procedat ad effectum tollendi violentiam, nec alicui fiat injuria; censuris opprimendo, præjudicando, vim inferendo, & superiori reverentiam denegando, vique oppressos liberandi à violentia; potentia iudicium ecclesiasticorum, ne pax publica turbetur, in maximam Reipublicæ, & Pontificis contemptum, & dedecus, donec summus Pontifex debitum auxilium præstet, mediante appellatione, cujus magis interest, ut hic saluberrimus recursus conservetur, juxta mirabilem l. 1. ff. de iis, qui sunt sui, vel alieni juris, dum ibi inquit Ulpian. Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi; sed Dominorum interest, ne auxilium contra famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui justè deprecantur, &c. quam rationem considerant omnes hanc violentiæ justificationem tractantes supra citati num. 16. Cæned. ubi proximè, & n. 4. post Didacum Perez.
- 87 Sed hoc argumentum aliter, noviter, & melius considerandum erit, nam vim passus, si per se non potest violentiæ, & oppressioni resistere ex defectu potentie, licitè, ac jure permittente, poterit ad eam propulsandam in auxilium convocare servos, amicos, familiares, & extraneos, in sui, ac suorum defensionem; hic est mirabilis text. in c. dilecto, de sent. excomm. l. 6. glof. in l. 3. §. cum igitur, de vi, & vi arma. Bal. in l. 2. de procurato, B. in l. devotum, C. de met. l. 12. l. 7. tit. 10. p. 7. ubi Greg. Lopez, Marant. disput. 1. ubi docet idem etiam procedere contra clericos, & in terminis idem post alios probat Torreblanca in tract. de magia, lib. 3. c. 26. n. 8. ergo à fortiori multo commodius & melius poterit invocare auxilium Regium, cujus auctoritate omnes reprimuntur audacia, violentiæ levantur, & oppressi protegentur; cujus proprium, & naturale officium est, infixum & inhærens regimini commisso, à quo avelli non potest, nisi sublato regimine, quod sequitur sicut umbra corpus, visus æcolum, qualitas subjectum, est enim supremæ potestati qualitas naturalis, simultaneè orta, ab eadem origine, & forte procedens.
- 88 Hinc etiam provenit, ut pariter naturale sit omnibus vi oppressis supremorum potentiam invocare, juxta illud Isaïæ c. 38. Domine vim patior: responde, &c. & alia divinæ Scripturæ loca relata suprâ in primo præludio, ad princip. & quotidie experimur, cum orta dissensione inter quoslibet, etiam pueros, oppressum Regis auxilium vocare dicentem, à qui del Rey, qui omnino ex debito charitatis, & omni jure, tenetur præstare, & occurrere; est in d. c. dilecto, ibi. Et quidem cum liceat cuilibet, suo vicino, vel proximo, pro repellenda ipsius injuria, suum impertiri auxilium, imò hi potest, & negligit videatur injuriantem fovere, ac esse particeps ejus culpæ, &c. text. in cap. inferenda, cap. 4. & ibi gloss. de sentent. excommunic. ibi; & ad defensionem clericorum, (quidquid dicas de laicis) quilibet tenetur, quia hoc pertinet ad publicum, prima d. & alios concordantes adducit gloss. in d. cap. dilecto ubi vicino, &c. & est mirabilis gloss. in d. cap. dilecto, verbo sibi met, & verb. utrumque, maxime verb. suffragari, ibi, sed hic loquimur de executione ipsius gladii, (scilicet temporalis) non in modum justitiæ, sed defensionis, quæ sunt aureis literis describenda verba, de quo tamen inferius suo loco videbimus.
- 89 Et iis adde, quòd quando aliquid fieri licet propria auctoritate, ut vim vi repellere, & propulsare, multò magis licet illud facere per judicem incompetentem, arti competentis copia haberi non potest, ut aliis relatis dubit. Cancr. 2. p. vari. cap. 10. n. 31. Cæned. canon. q. 45.
- n. 23. & cum ob longam distantiam non potest haberi copia Romani Pontificis, ad quem magis frequenter appellatio interponitur, ut inhibeat judici inferiori, ne ad executionem violenter procedat illa pendente, & attentata reponat, ut inferius dicitur; legitime fier, hoc violentiæ levamen per Regalem potestatem, cui hoc munus competit.
- Et in nostris propriis terminis, quòd quando pars potest judici ecclesiastico de facto exequi volenti, violenterque & indebitè (propria auctoritate) resistere, & defendere, ut urbanus facit, recurrendo ad Regium consilium, ut protegetur, & faciat desistere appellationi interjectæ: pluries determinasse Rotam Romanam reperio, ut in una Salmant. canonicatus 24. Maii 1515. coram Blanqueto ibi. Non obstat exceptio excommunicationis propter recursum ad Consilium Regium, nam iste recursus hoc casu ad defensionem propriae possessionis, & appellationis admissionem, non est improbat. Achil. decis. 36. de appell. Urbanus enim ager, cum possit de facto judici procedenti de facto resistere, Paris. conf. vit. lib. 4. & fuit dictum in illa Taracon. Villæ de Reus coram R. P. D. meo Decano, &c. Haftenus de tam celebri, & mirabili decisione, quam ad litteram adducit Sese, aliud agens in tract. de inhibit. cap. 8. §. 3. n. 174. aliam etiam in terminis adducit Achil. de Grass. decis. 34. attentare noluerant, sub tit. de attenda. Mand. tract. de commiss. n. 14. formul. commiss. attenda, in verb. revocandi q. 4. optimè, & mirabiliter Lancelot. Robert. de attenda. 2. p. c. 4. de attend. lite pendente. n. 36. & seq. ubi n. 38. testatur ita fuisse declaratum per Rot. in una Casar. Augustana juris eligendi coram Oradino 7. Februarii 1561. & in alia Vercellen. jactationis parochialis de Aldeo coram Paleoto 27. Junii 1561. ut est in recollectis, per eundem Paleot. decis. 362. incipit, Dubium erat, &c. & nos latius dicemus inferius hoc eodem præludio.
- Cui convenit, quod per Olivianum dicit Sese in epist. 91. tola ad Regem, sub. n. 70. in 2. tom. decis. ad princ. quòd data in ecclesiasticis iudicibus, aut personis, violentia, cessant omnes juris regulæ, cum tendat ad conservationem pacis, & quietis Reipublicæ Christianæ. Cui etiam convenit, quod Avendanus de exequend. mandat. 1. p. c. 1. n. 32. dicit, quòd violentia illata à iudicibus ecclesiasticis, Ecclesiis, aut personis ecclesiasticis, & præsertim laicis, est causa, ut devolvatur jurisdictio ad iudicem sæcularem, cujus proprium officium est violentias tollere, idem etiam affirmat Sese in tract. de inhibition. cap. 8. §. 3. n. 62. & in d. epistol. ad Regem, n. 71. & quod dicunt, jurisdictio, intellige potestas, & cognitio extrajudicialis absque umbra jurisdictionis, sed duntaxat de facto.
- Hoc etiam comprobant Anton. Oliva. in tract. de jure fise. c. 3. n. 77. Petr. Greg. Tholof. in syntag. jur. lib. 47. n. 12. & 15. dicentes, quòd cum ab origine creationis Regni sit Regi à Deo commissa omnium Vassalorum defensio, ad quæ de jure naturali, & divino tenetur, à qua temporali jurisdictione deducta fuit exemptio clericorum, ut diximus latius in prælud. 1. vers. & comprobatur, quia Principes, &c. à n. 49. & suprâ à princip. quæ inducta fuit ad utilitatem cleri, & Ecclesiæ, non ad ejus ruinam, damnum, & detrimentum, prout contingeret, si per violentias gravatus; & vi oppressus à iudicibus ecclesiasticis, non haberet recursum ad Regem, & Principem temporalem, ad cujus exhibitionem tenentur jure naturali, & divino, quòd inviolabile est. Concurrentibus enim iis duobus præceptis, ecclesiastico, petente exemptionem, divino autem, & naturali petente defensionem contra violentias, & oppressiones; clarum est, quòd jus Pontificium, ut positivum cedit divino, & naturali, ut potentiori, & incommutabili, & sic isto casu cessante fini, & intentione exemptionis potestas, & attributum illud naturale Regibus competens, dato casu violentiæ ecclesiasticorum iudicium, redibit ad suum primum principium, & originem, unde deductum fuit, &

- & ad Rempublicam temporalem, cum integra in illo casu, auctoritate, & potestate, quanta scilicet sit necessaria, ad naturalem defensionem duntaxat, prout eleganter comprobatur post Olivar. & Petr. & Gregor. Ceval. in epistol. ad Regem, n. 76. & seq. ubi in comprobationem juridicam exemplum refert, & iterum in tract. de cognit. per viam violent. in proemio, c. 4. n. 15. licet contra ipsum insurgat & improbe, Sese in epist. ad Regem, à n. 112. 113. & 114.
- 92 Insuper pro complemento hujus juris naturalis dicendum est, ex c. dilecto de sent. excomm. 6. ibi, Sitque utrumque quodammodo gladium, & temporalem, & ecclesiasticum, alterum videlicet altero adjuvare, maxime, quia ii duo gladii consueverunt (exigente necessitate) sibi invicem suffragari, & in juvamen alterius subventionem mutua frequentius exerceri, &c. qui textus loquitur de propulsanda violentia, quia Princeps temporalis, ibi ob defectum, & impotentiam jurisdictionis ecclesiasticæ, tenetur auxilium suum præstare, gl. in c. stat. in verbo potestatem, de maled. Bellug. in speculo Prin. rub. 11. §. tractandum, n. 1. Franc. Marc. in decis. 169. in princip. Unde dicit Innoc. & gl. in c. 1. de off. ord. quòd per potentiam sæcularem adjuvari debet potestas ecclesiastica, ut voluit etiam text. in c. administratores, cum seq. 23. q. 5. Archidi. inc. de perso. Presb. 11. q. 1. Bald. in l. C. de his qui lat. occult. Fel. in c. significasti. de off. deleg. & in c. cum sit generale, n. 8. de for. compet. Franc. Marc. a. decis. 169. 13. & decis. 763. p. 1. Oldr. conf. 86. 89. & 319. Feder. de Senis conf. 251. n. 5. latè profertur Aloyf. Ricc. in tract. decis. implorat. brach. secul. dec. 319. per totum, ubi post plurimos, quòd potestas temporalis suum auxilium omnino impartiri debet, & tenetur: ergo cum iudex ecclesiasticus violat jurisdictionem ecclesiasticam, superiorisque ad quem per legitimam appellationem devoluta est, usurpet, vim facièdo, & partem gravando; bene poterit Princeps superioris jurisdictionem adjuvando, & auxilium impartiendo, vim tollere, ut libetè superior Ecclesiasticus adiri possit.
- 93 Maxime quia iudex ecclesiastico volenti exequi suam sententiam, à qua legitime appellatum esse constat, cujus virtute sua jurisdictionis suspensa remanet; potest, imò tenetur sæcularis potestas, suum auxilium denegare, tenet Oldrad. in conf. 89. n. 3. Marant. disput. 1. num. 26. Franc. Marc. decis. 259. sub numero 1. in 1. p. Alberic. in l. Episcopale, num. 3. & ibi Paul. de Cast. sub. num. 4. C. de Episc. audient. S. Broz. in tract. de vicar. Episcop. lib. 2. c. 190. n. 11. Gramatic. conf. 109. in causa vertente, n. 17. & per totum in civilibus. Usil. in decis. 24. de materia, n. 16. & Dec. in c. significasti, n. 15. de off. delegat. Guil. observat. 115. n. 4. l. 1. practic. observ. communem dicit post Abb. & Fel. Afflic. in proem. conf. Reg. sub n. 54. Menoch. de reinen. rem. 3. sub. n. 360. ubi intelligit, quando appellationi nihil obstat. Navarr. in c. cum contingat, rem. 1. sub. num. 5. de rescripti. & Roland. à Valle, conf. 37. n. 13. vol. 1. hoc extendit Aloyf. Ricc. in prac. decis. implorat. brach. secul. decis. 312. n. 1. & 2.
- 94 ut procedat, etiam si iudex sæcularis sciver, appellationem non esse receptam à superiori ecclesiastico, cum tamen eam de jure debebat recipere, & declaratum ita fuisse, testatur Afflic. in proemio consilii. Reg. sub n. 61. ergo illi poterit Princeps resistere, exequenti injustè, abutente potestate, & jurisdictione Ecclesiasticæ competentem Pontifici, qui ob longam distantiam huic periculo occurrere non valet, eique potestas sæcularis debet auxiliari, ut vis tollatur, debitus ordo servetur, & honor iudicibus deferatur.
- Por derecho, de Divino interpretandum.
- 95 Non solum de jure naturali pertinet supremis Principibus, violentias tollere, & vi oppressos liberare, arque defendere; sed etiam mero jure divino attributum reperitur, juxta illud Hieremias cap. 21. ubi Dominus loquens domui Regis Juda inquit: Judicate manè judicium, & eruite vi oppressos de manu calumniantium. Et expressius disponitur, ex eodem Hierem. c. 22. ubi: Audi Verbum Domini, Rex Juda, qui sedes super solium David, facite justitiam, & liberate vi oppressos de manu calumniatoris. Et comprobatur illud David. Ps. 81. quo dicitur: Judicate egeno, & pupillo, humilem, & pauperem iustificate. Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate, & iterum in Psal. 40. ubi: Beatus vir qui intelligit super egenum, & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus: Dominus conservet eum & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra, & non tradat eum in animam inimicorum ejus: Dominus operi ferat illi, &c.
- Idem etiam docet S. Leo Papa Sermone 2. de jejuniis 10. mensis, & collectis, ibi, Scudeamus viduarum defensionem, pupillorum utilitati, lugentium consolationi, dissidentium paci, suscipiatur peregrinus, adjuvetur oppressus, ut quicumque nostrorum de justis laboribus, auctori bonorum omnium Deo, sacrificium hujus pietatis obtulerit, ab eodem Regni cœlestis primum percipere mereatur, &c.
- Probatur etiam per Isaïam c. 45. ubi: Christo meo Cyro cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam anie faciem ejus gentes, & dorsa Regum veritatem, &c. Sequitur & facit in vers. Accinxi te, & non cognovisti me, quia in bellando non habuisti oculum ante Deum, ego tamen totum ordinavi ad liberationem populi mei. Sed quid hic immoramur, hunc articulum latissimè comprobavi, suprâ in prælud. 1. per totum, adducens ad idem plures sacræ Scripturæ auctoritates, probantes à Deo, datum esse regimen Principibus supremis, hoc sine, hac qualitate, & attributo, populum, rempublicam, & vassalos defendant ab oppressionibus, & violentiis, & in quiete, & pace conservent, & teneant, & facit l. 1. in fin. tit. 1. p. 2. Que el Emperador es Vicario de Dios en el imperio, para hazer justicia en lo temporal, assi bien como el Papa es lo spiritual. &c. & probatur in proemio. p. 2. ubi, è ass. p. 2. Dios en la tierra à los Reyes e Emperadores, porque de ora suerte se temporalia la paz de la Republica, & quòd Principes temporales teneantur de jure divino tollere violentias suæ reipublicæ etiam inter ecclesiasticos, tenet Sese de inhibit. c. 8. §. 3. n. 60. & 58. Cov. pract. q. cap. 3. §. 3. Greg. Lop. in lib. 13. tit. 13. p. 2. Azev. in d. 36. Gasp. Rodr. de annis reddit. lib. 1. q. 17. n. 8. & ferè omnes Doctores, de re hac tractantes, & quòd Princeps cum possit resistere, & defendere oppressum, si non faciat, & denegat hoc charitativè auxilium, peccet, conatur post hæc probare Ceval. in tract. de cognitione per viam violentia. gloss. 5. à n. 38. & seqq.
- Probatur etiam Actuum Apostolorum c. 23. quo legitimus, D. Paulum oppressum à Judæis timentem ab eis in ejus necem conspiratis, occidi; misisse adolescentem qui indicaret Tribuno Judæorum consilium perdendi, & occidendi eum, ex quo dicit Marr. de jurif. 1. p. c. 48. num. 28. quòd ubi datur moræ periculum, melius est haberi recursum ad Regem; & albi etiam evidentius apparet Actuum Apostolorum c. 25. quo docemur, ipsum Paulum, ob magnas violentias, injurias, & oppressiones, sibi à Pharisaïs illatas, potentiam Casariis convocasse, ibi. Ad Tribunal Casaris sto. Eò auctoritatem etiam Divi Petri, & Pauli adducunt Octav. Chac. in decis. Pedem. 3. n. 8. 9. & 10. Azev. in l. 2. tit. 6. lib. 1. recap.
- Por derecho, ulterius de canonico, & positivo interpretandum.
- 96 Non solum ex principiis juris naturalis, ac etiam divini, suprema Regia Majestati facultas, & potestas



testas tollendi violentias inter Ecclesiasticas personas, & ab Ecclesiasticis iudicibus illatas, competit; sed etiam iure positivo, & Canonico, ut testantur omnes Doctores supracitati in introductione huius c.n. 16. & in discursu relati; & referendi, quorum fundamenta non erubescam referre, ut in hoc proposito dixit Cened. *can. qq. q. 45. sub num. 3.* tum quia sunt utilia, & elegantia, tum etiam & praesertim quoniam cum de huius materiae casibus particularibus, & individuis difficultatibus, sit praecipuus sermo, & tractatus noster, necessitate ductus de justificatione potestatis Regiae erit praemittendum, quia cum de uno disputatur, caetera supponi debent habilia, est text. in c. cum nuntius, de testib. l. Titius. ff. de obsequiis liber. Mant. tract. de contract. tom. 1. lib. 12. tit. 22. n. 9. ubi unum disponitur, aliquo supposito non verificator dispositio, nisi prius verificetur suppositio.

97 Primò enim expendi solet à Doctoribus text. mirabilis in cap. Regum officium 23. q. 5. illius determinationem usque ad sidera (debito modo) exclamantibus, quo ita dicitur: Regum officium est proprium facere iudicium, neque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrinis, pupillis, & viduis, qui faciliùs opprimuntur à potentibus, praebere auxilium, (Ecce textus mirabilem, probantem potestatem Principis praestantem auxilium vi oppressis, ex quo textu iunctis iis, quae latissimè in praeludio primo, & caeteris diximus, satis deducitur proprium esse Principis tollere violentias, ne pax publica turbetur, ut adhæreat medullis regiminis, & coronæ, ita ut unum sit effectum inseparabile, & indivisibile, à quo nec avelli, nec tolli potest etiam dempto iure, & consuetudine nisi ea causa, & ratione, qua potest Rex supremus Regno: & regimine privati, & tolli, non aliter; quia tunc tanquam quid connexum, vel potius essentia ei inherens, & qualitas non accidentalitatis; sed omnino naturalis deficit, sublato principali, quia Regum officium est proprium. & c. ita ut hæc potestas cognoscendi per viam violentiæ, sit de Regalibus, & de reservatis Principi superiori in signum supremæ potestatis. Ita Camill. Borrel. de Reg. Cathol. praesent. c. 5. n. 7. & in n. 26. à quo avelli non potest, nec usurpari, nisi ejus nomine, & concessione faciat personam ipsius Principis representans, (prout sunt suprema tribunalia Regia (quibus hæc extrajudicialis cognitio commendata est, ex legibus Regiis, ut faciliùs, citiùs, & commodiùs, tolli possint violentiæ, ac præ manibus charitativum hoc refugium, auxilium, & protectionem, queant vi oppressi habere.

98 Nec obstat quòd ille textus non loquitur de personis Ecclesiasticis, prout de secularibus, prout sunt pupilli, viduæ, & peregrini, qui tantum exprimuntur in d. text. quia ultra id, quòd alia jura canonica de clericis loquuntur, citanda, secundum quæ hic textus intelligendus, quia quòd aliqua lex loquitur cum aliqua qualitate, ad sui intellectum trahit omnes alias, quæ in illo proposito simpliciter, seu generaliter loquuntur, Alber. de Ross. in l. si quis, in prin. tituli, n. 2. in 2. oppos. ff. de legat. 3. quo Socin. jun. in l. cum filiofamil. ver. venio ad apparatus glossa, n. 46. de legat. 1. Card. Mant. in tr. de contract. tom. 1. l. 4. tit. 23. n. 11. Ulteriùs respondetur, quòd ratio illius textus est generalissima, & licet Hieronymus ponat exemplum in peregrinis, pupillis, viduis, ex ratione, de qua in eodem text. ibi, peregrinis, pupillis, & viduis; qui faciliùs opprimuntur à potentibus. (Nam, ad ea quæ frequentius accidunt, jura adaptantur, non excluditur, quòd si inter Ecclesiasticas personas oppressio, & violentiæ dentur, non possit Rex suum charitativum auxilium impartiri, ad defendendum vi oppressos, maxime, quia ut superiùs latius probavimus, defensio, & protectio clericorum est causa publica, ex l. si quis in hoc gen. s. si que, C. de sacros. Eccl. ibi: Sit cunctis laudabile factas Sacerdotibus injurias, veluti crimen pu-

blicum prosequi, & c. quare in d. text. clerici excludi non possunt, cum ejus ratio generatis, nec Regi, cuius proprium officium est vi oppressos liberare, denegari, quòd universis concessum est, & permissum, ex d. s. si que cunctis, & c. cum murus sit Ecclesiæ, & protector Ecclesiasticæ, & Catholicæ religionis, ut supra diximus latius.

Secundò, & pro hac parte, expenditur text. in cap. 99. princeps seculi 23. q. 5. ubi dicitur, quòd Princeps seculi habet intra Ecclesiam potestatem, ut superbiorum cervicibus comprimat, quando non est præ manibus Ecclesiasticis, qui præbeant auxilium, ut insinuat ejus verba: Ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam agunt, rigore Principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam utilitas Ecclesiæ exercere non prævalet, cervicibus superbiorum potestas principalis imponat, & ut venerationem mereatur, virtutem potestatis impartiat. (Ex quo text. fatetur Marta, in tract. de juris. d. 1. p. cap. 48. à n. 26. cum sequentibus, quòd quando facilis non potest haberi auctoritas Sedis Apostolicæ, vel propter Pontificis multitudinem negotiationum, vel propter loci distantiam, recurri potest ad Regem; ubi loquitur de Ecclesiasticis personis, tenet Sarmient. proæmio regul. Cancell. quia proprium Regum officium est vi oppressos liberare.

Nam propter longam terrarum distantiam (unde 100 absque magna difficultate, ac spe oportuni remedii ad superiorem recurri non potest, ad illud consequendum, nempe ut miserabiles tyrannica, & injuriosa oppressione laceffiti tueantur) multa permittuntur, & licita dicuntur, quæ aliàs nec permitterentur, nec licita dicerentur, quia dilatio, distantia, aut difficultas, seu impossibilitas recursus, & medela, talem tribuunt effectum, cum frequenter ex mora periculum solet oriri, juxta text. in cap. pudenda 24. quest. 1. ibi, nempe is mos antiquus fuit; ut quia pro longinquitate vel difficultate itineris ab Apostolico illis onerosum fuerat, ordinarii ipsi se invicem, & c. text. etiam in cap. cum longè 63. d. ibi, cum longè lateque diffuso tractatu terrarum commearum impeditur celeritas nuntiorum, text. in cap. 1. 29. d. text. in c. 1. & 24. dist. text. etiam, in leg. mediterranea, ibi, ac plus haberet dispendii translatio, quam devolutionis illatio, C. de annon. & tribut. quòd tunc dicitur longinquitas, & remotio à curia Romana, quando locus est ultra Italiam, text. in cap. nihil est de electione, & probat Gloss. in d. cap. cum longè, juxta verb. de longinquo, & de Hispania, imò & etiam specialiter de nostra hac alma ac dulcissima Patria Gallæcia, expresse probat, & decidit text. in dist. c. cum longè Cened. in quest. canon. 45. n. 33.

Qua de causa, potest Civitas oppressa alteri domino se defendendam tradere, juris naturalis permissione, B. in l. Sodalos, in lib. 3. n. 10. ff. de collegiis illicit. Montanel. in repertor. super l. Reg. verb. liga. Aviles in c. 1. prator. verb. junctarum, & alii quos ipse Monta. allegat, hæc etiam ratione Monachis, Abbatem suum tyrannum detinere, & detrudere permittitur, alii que non suo iudici se subicere argum. text. in cap. ab Ecclesiarum, juncta gloss. de off. ordina. c. baptisarem 5. d. gloss. in cap. sacro, s. caveat, ver. periculo mora, de sent. excomm. tenent Archidiacon. Ancarr. & Philip. Franc. in constitutiones, de verb. signif. in 6. Innocen. in c. olim, de testib. spoliato. Card. in clem. 1. n. 16. ad fin. de off. ordin. late Tiraq. in legib. connub. gloss. 8. n. 9. & idem Tiraq. in tract. de retract. s. 26. gloss. 1. n. 18. Doctif. Navarr. in cap. novit. 3. notat. num. 114 & 115. de judic. Octavian. Chaquer. decis. Pedemont. 68. n. 30. Marien. in gloss. 1. 21. n. 10. & seq. tit. 10. lib. 5. recopil. quod etiam procedit in privato laico, adversus laicum: vel etiam iudice laico, contra clericum, ubi periculum est in mora: ut cum infinitis Doctoribus resolvit Bobadill. polit. lib. 2. & late etiam prosequitur cap. 17. num. 108.

Necessitas

103 Necessitas enim, & periculum moræ, caret lege; legem non admittit, atque legem tribuit, licitum facit, quod non est, ac iudicem incompetentem legitimum facit, multoties aliter, non solum præcepta humana, sed etiam divina, atque naturalia, v. sicut. de consec. d. 1. c. licet de feriis, c. discipulorum, de consec. d. 5. c. anni v. n. more, & c. si nulla necessitas 23. q. 8. c. secunda. de observat. jejunii, cap. quanto, de consuetud. c. quod non est licitum, de regul. jur. in 61. nemine. C. de religio. & sumpti funer. l. 2. c. de patr. qui filios dirax. unica & ibi gloss. expedire, ff. de off. consul. cum multis congestis à Tiraquell. de retract. s. 1. gl. 9. n. 32. & latius s. 26. gloss. 1. num. 18. & seqq. & iterum in tract. de pen. tempore causa 33. per 10. ram: Challan. in consuetud. Burgun. v. br. 1. s. 4. gloss. 1. n. 26. & s. 5. verb. si elle n. a. p. r. c. 1. s. & seqq. Chaquer. in decis. Pedemont. 68. n. 28. alios citat Quell. d. i. q. 4. n. 3. Petrus Greg. in Synag. jur. 1. p. lib. 3. c. 8. n. 4. late Camil. Gallin. de verb. sig. lib. 10. ex num. 21. Bobad. in polit. lib. 2. c. 18. n. 318. & in nostris terminis Cened. in q. can. 45. n. 26.

Et quòd imminens periculum, & instans necessitas non recipiat dilationem, attribuat jurisdictionem, etiam non habenti, cum tunc à juris regulis merito recedatur, probat text. in auth. defens. civit. s. audi. l. 2. tit. 9. p. 5. Ab in c. cum non ab hom. n. 15. cum sequentibus, de judi. & in c. constitutus, n. 9. de appellatio. Alex. & Immol. in l. 2. ff. de juris. omni. jud. & in cons. 62. disertif. Doctor vol. 4. Suar. in declaratio. l. 2. for. num. 47. & sequentib. post repetitio l. post rem. ff. de re judi. Bernard. Diaz. in regul. 496. Gregor. Lopez in d. l. par. gloss. 2. decis. edemontan. 30. n. 14. Tallard. de carcere, cap. 11. s. 1. n. 2. Castell. à Bobadil. in polit. lib. 2. cap. 21. num. 71. & cap. 17. n. 109. cum sequentibus, & iterum d. lib. 2. c. 28. num. 318. Mart. in tractat. de juris. d. 1. p. cap. 48. à n. 67. ubi à num. 28. dicit quòd ob mora periculum, aliquando quem subijci iudici non suo, & ob id non sit consolendus summus Pontifex, Ab. in c. non metus, col. penul. vers. putarem, & cal. ult. in verb. puto, de immunit. eccl. l.

104 Quòd & idem est, quando iudicis ecclesiastici superioris datur remissio, vel negligentia, quia tunc Rex potest adiri, quia in Ecclesiasticos potestatem habet, ut ex Alexan. Decian. Bellug. & aliis tenet Bobadill. in d. c. 18. n. 93. & Mart. ubi proximè, à num. 25. igitur cum in nostro casu longa sit distantia, & aditas ad Romanam Curiam, ita ut ab ea defensio adiri non possit; ad impediendum iudicem Ecclesiasticum, ne sententiam violenter, & attentè exequatur, legitima appellatione suspensam, absque imminenti periculo poterit recurri ad Principem temporalem, pro tollenda hac vide factò, extrajudicialiter, & absque jurisdictione, quia ut dicit Isidor. lib. 3. de sum. bon. c. 35. Principes seculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis ademptæ culmina tenent, ut per eandem potestatem, disciplinam Ecclesiasticam muniant.

105 Hic autem forensis usus, & praxis, qua Regis consiliiarii utuntur, non solum his rationibus justificatur, sed præcipuè, propter maximam utilitatem, qua Reipublicæ accedit, prout experientia rerum magistra docet, & vetustas antiquissima suadet, aliter enim, si hoc remedium, & auxilium adversus iudices Ecclesiasticos non adhiberetur, gravissimè opprimerentur innocentes à iudicibus Ecclesiasticis, qui à Romana Curia longè distant, & sic interim contra Canonum statuta, potestatem, & jurisdictionem Ecclesiasticam abuterentur, exequendo suas sententias justas seu injustas (spretæ, & neglecta legitima appellatione) pro qua sententia etiam expendo text. in cap. si quis pecun. 79. d. ibi, & humano auxilio, dixit Ceval. in q. 889. q. 140. & 148. tenet Navarr. in c. cum contingat, 1. tom. f. 47. vers. scilicet secundo facit, plures allegando optimè prosequitur Henr. l. 14. c. 12. num. 6. in gloss. in litera S. Chaquera.

decis. 3. n. 14. Cened. eleganter in pract. quest. can. 45. sub. num. 35. cui addit, quòd dum remedium à Romano Pontifice adhiberetur, deles periclitantur; & scandalum tubirent, se & amicos, vel vicinos excommunicatos ubi etiam, n. 34. refert Didac. perpulchè dicentem, in lib. 6. cap. 3. n. 13. pag. 716. & Princeps, & ejus sacrum consilium supplet defectum iustitiæ inferiorum totius regni, sive inferentes vim & oppressiones, sicut iudices, Domini temporales, sive Ecclesiastici, tum non adtò celeriter sit aditus ad Papam; pro violentia repellenda, & si inter im de vi, ac violentia, Rex non cognovisset, ac opportunè (prout solet) providisset, plura mala, ac vexationes partium oppressarum sequerentur, & ideo ne vis fiat (dicunt) semper recurendum esse ad Curiam Principis.

Tertio probatur ex cap. omnis 7. q. 1. ubi negantes 106 auxilium vi oppressis, videntur quodammodo Christum Dominum Deum nostrum persequi ubi, omnis qui gemebat & vexabatur à Saül, fugiebat, & veniebat ad David. Si Rex piissimus David sciret peccatum esse fugientes persequutionem, & sic proprium officium Regis est, vi oppressos, & eos qui persecutionem patiuntur liberare, & defendere, cum sit talis defensio naturalis, ut in l. ut vim. ff. de iustitia, & iure; pro qua opinione est formalis, text. in c. postulasti de homic. ubi licitum est implorare Regis auxilium, contra detinentes decimas, ibi, quævis illi præterea utrum contra quosdam debitores Ecclesiæ decimas subtrahentes, tibi Regiam implorare liceat potestatem, & licere supponit Pontifex ibi, idemque docet Leo Papa in epistol. 75. ad Leonem Augustum Debes, inquit, Imperator, incunctanter advertere Regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatum, ut ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta defendas, & veram pacem his, quæ sunt turbata restituas, & c.

Quartò fecit text. in c. Maximianus 23. quest. 3. 107 ubi Reges & Imperatores tenentur præstare auxilium Ecclesiæ; ibi: Maximianus Episcopus Vastensis auxilium petit ab Imperatore Christiano, contra hostes Ecclesiæ, non tam sui ulciscendi causa, quam tuendæ Ecclesiæ, tibi credita, quòd si prætermisisset, non ejus fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpanda, quia manus Regia, & ejus auxilium est multus fortissimus Ecclesiæ, est pax clericorum, salus populi, propugnaculum, præsidium, & tutela Christianæ religionis.

Quintò facit text. in c. petimus 11. q. 1. ibi: Ad que 108 relam nondum laici, sed etiam clerici pati violentiam à suo Prælato, potest rector Provincia, & defensor civitatis suum officium imponere, ut constito de violentia reducat spoliatos, & vi oppressos ad suam possessionem. Quod audiivi servari, de consuetudine in Regno Portugalliæ, ubi non solum Regii auditores, sed quilibet prætor Regiæ coronæ in sua provincia cognoscit de similibus causis per viam violentiæ, quòd esset maxime conveniens in hac nostra Hispania, ne tot expensis litigatores vexarentur recurrendo ad supremum Consilium, vel ad Cancellarias, ex partibus remotis, sed jam dorù esse, ab hac tam vetustissima, praxi recedere, maxime quia illud tangit supremam jurisdictionem, & protectionem, quæ aliis iudicibus inferioribus non conceditur.

Sextò ad stipulatur hæc opinio, & indubitata sententia, ex text. in c. administratores 13. quest. 3. ibi: Administratores secularium dignitatum, quia ad Ecclesiæ tuitionem, pupillarum, ac viduarum protectionem, rapaciumque restrictionem constituti proculdubio esse debent, quoties ab Episcopis, & Ecclesiasticis viris converti fuerint, eorum querimoniis auditis audiant, & secundum quòd necessitas expedierit, absque negligentia examinent, & studio diligentè corrigant. Septimò